mouean*t*ur · ipsi quippe iudici concordant. cui inherent. & eis
quos eripere non possunt. nec ex misericordia condiscendunt,
quia tantum illos tunc a se uidebunt extraneos quanto & ab eo
quem diligunt auctore suo conspiciunt repulsos. nec iniusti ergo
ad beatorum sortem transeunt · quia damnatione perpetua con
stringuntur · nec iusti transire ad reprobos possunt · quia erecti iam
per iustitiam iudicii eis nullo modo ex aliqua conpassione miserent.
Sed postquam ardenti diuiti · de se spes tollitur. eius animus ad pro
pinquos quos reliquerat recurrit · quia reproborum mentem poena
sua quandoque inutiliter erudit ad caritatem. ut iam tunc & etiam
suos spiritaliter diligant · qui hic dum peccata diligerent nec
se amabant. Unde nunc dicitur · Rogo ergo te pater · ut mit
tas eum in domum patris mei · habeo enim quinque fratres · ut tes
tetur illis lazarus · ne & ipsi ueniant in hunc locum tormen
torum · qua in re notandum est ardenti diuiti · quanta ad
supplicium cumulantur · ad poenam namque suam ei & cognitio
seruatur & memoria · Cognoscit enim lazarum quem de
spexit · fratrum quoque suorum meminit quos reliquid · perfecta
quippe ultio de paupere non esset. Si hunc in retributione non
recognosceret · & perfecta poena in igne non esset. si non hoc quod
ipse patitur. & iam in suis timeret · ut ergo peccatores in supplicio
amplius puniantur. & eorum uident gloriam quos contempserunt.
& de illorum etiam poena torquentur. quos inutiliter amauerunt;
credendum uero est. quod ante retributionem extremi iudicii ·
iniusti in requiem quosdam iustos aspiciunt · ut eos uidentes in
gaudio non solum de suo supplicio · sed etiam de illorum bono cru
cientur; Iusti uero in tormentis semper intuentur iniustos. ut hinc
eorum gaudium crescat · quia malum conspiciunt, quod miseri
corditer euaserunt · tantoque maiores ereptori suo gratias

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc271/0194